1356 / 17



1356125

est enim tempus frigidum et siccum. Hyemps dicitur ab hemi quod est dimidium · vulgus enim · dividit annum in hyemem et estatem. Large applicant hymem anni medietatem. Istorum autem quatuor anni temporum qualitatibus / quatuor mundi regiones / quatuor venti cardinales / quatuor elementa / quatuor corporis humores / et quatuor hominis etates complexionesque conectuntur / prout in subiecta patefiunt figura. Istorum quatuor temporum principia et terminaciones que ad ecclesiam [illegible] inhus sicut usualiter

Ver petro dedit estas ex inde sequetur. Hanc dabit urbanus autumpnum simphoriani festum clementis hyemis caput est orientis. Secundum astronomos vero per quatuor quadrans zodiaci ista distinguuntur tempora. Verum unius zodiaci caput est aries et veris et anni. Estatis cancer autumpni pendula libra. Incipit extremo prumalis hyemps capricorno. Sed in quibus mensibus et quoto die mensis

initium habeant sic patet. Marcii a medio ver ducitur iunius estatem. Autumpnum septembris habet brumamque decembris. Habet autem tantum estas quam autumpnus · 91 · diem · hyemps vero · 92 · dies preter diem imparitatis ulterius septimanas complentes.